



3703







# POMPA REGALIS Coronati Hymenæi SERENISSIMORUM PRINCIPUM MAXIMILIANI II.

Comitis Palatini Rheni  
Utriusq; Bavariae Ducis, S. R. I. Archidapileri, & Electoris,  
Landgravij Leuchtenbergensis, Belgij pro Rege Catholico  
Gubernatoris &c. &c.

ET  
TERESIAE  
GVNE CUNDÆ  
POLONIAR M PRINCIPIS  
INVICTISSIMI

## JOANNIS III.

Poloniæ REGIS, Magni Ducis Litvaniaæ, Russiæ, Prussiæ,  
Masoviæ, Samogitiæ, Podlachiæ. &c. &c. &c.

SECUNDOGENITÆ

A Nobili Iuventute Collegij Posnaniensis Soc. IESV,

ADORNATA.

PER

FRANCISCVM VALENTINVM De Brudzewo MIELZTNSKI.  
Castellanidam Sremensem, in Eodem Collegio, Poësos Auditorum.

DEDUGTA.

POSNANIAE Typis S. R. M. Clari Collegij Societatis IESU.

Magnorum Soboles Regum, parituraq; Reges,  
I, digne necenda Viro, tantiq; per orbem  
Consors Imperii nerabitur Ister;  
Nomen adorabunt populi. am RHENUS & Albis  
serviet.

Claud: in Nuptijs Honorijs & Mariae.

Quis venerabilior sanguis? quæ maior origo?  
Quam REGALIS erit?

Claud: in Nuptijs Serenæ.

Invicti, CLYPEOq; animosi teste, LEONES.

Claud: de bello Gildonico.

ORATIONES  
VNIV.  
CRACOVIENSIS

5703 III



# SERENISSIMI PRINCIPES.

Mus publicos in plausus, quos Au-  
gusto Hymenæo vestro, dedit orbis.  
Augustum Connubium hoc, publi-  
ca est Regnorum felicitas. ita enim Regales  
~~dextræ~~ jungitis, ut Gentium attollatis for-  
tunam. Hymenæus vester, accendit popu-  
lis meridiem, & totus Serenitas est. Tædæ  
quæ hic præferuntur, aut Sceptra sunt Re-  
gum, aut Herculis Clavæ: splendor ab utroq;  
vel ignis. Pompam nos Regalem subito  
Apolline adornamus: intelligimus enim pu-  
blicam Imperiorum fortunam, & parva pars  
plaudentium Regnorum, est literaria Res-  
publica nostra. Coronatum deducere volu-  
mus Hymenæum, & siquidem Regalibus col-  
lucet tædis, lucem ab illis, obscurior forte,  
quia brevior habebit Musa. Quantum obli-  
gati

gati esse voluimus Tibi Serenissima Poloni-  
arum Princeps, hinc intelligere licet, quod  
Serenitati Tuæ ita occurramus, ut simul Re-  
galem Tuum sequamur Hymenæum, ac in  
ipsius Serenissimi Bavariae Ducis Regiam,  
imo in Cor usq; deducamus. Quæcunq; hic,  
Vates Apollo futuræ felicitatis fundit omi-  
na, Regnorum & Imperiorū vota sunt. Vul-  
tum proinde, quo serenas omnia, concede  
subitario calori huic, Serenissima Poloniarū  
Princeps, & Societatem IESU, quæ nos Ve-  
stris erudit obsequiis, Vestros format ad in-  
tus, atq; debitam Principibus humanitatem  
docet, illo prosequere studio, quo videbis  
in BAVARIA, Serenissimorum Ducum stare  
totam affectu, vivere liberalitatem. Ita sup-  
plex precatur.

*Honor Serenitatum Vestrarum*

*Devotissima*

Nobilis Studioſa Iuventus  
Collegij Posnaniensiſ Societ: IESU.



A T semperne feris flagrabit ab ignibus Orbis  
A Lechicus? & solis radiabit ab ensibus æther?  
Sarmaticosne etiam densabunt funera campos?  
Iam pridem Mars sæve furis? nec sanguine fuso  
Usq; satur sities populos, evertere terras  
Gaudebis? Gentesq; suis tumulare ruinis?  
Bella procul prohibete Dii: procul improbe Mavors!  
Et crudum imperiis minitans Bellona flagellum:  
Prælia trans Gyros ḡ inhospita littora trudit  
ano Parens Divum, cui vincla iugalia curæ.  
Titior innocuos agitat Cytherea triumphos  
miseret placidas cædes, sine vulnere bella.  
Hic nulla effuso maculatur sanguine laurus;  
Sed læta assurgunt tristi sine clade Trophæa.  
Ergo Tuas Hymenæe faces nec Regibus ignem  
Imparem, & arsuras Regali nomine Tædas  
Auspicio meliore fove, ac incendia sparge  
Per populos mundiq; plagas, pelagiq; recessus.  
Vicit Amor: Lechia remeat cum Principe Victor:

A

Vicit:

*Vicit: belliger o quid enim non cedat Amori?  
Concessere suas cui fortia Numin a dextras:  
Ipseq; inaurata gravior sub compede Mavors,  
Victorem Deus in Capitolia vexit Amorem;  
Ne mortale genus pudeat post Numin a vinci.  
Ergo novas accende faces, incendia sparge,  
Principibus gemini lustrentur ab ignibus orbes,  
Imo cognatæ lambant quoq; sidera flammæ.*

*Non humiles de plebe man⁹, sed Sceptra vocatur,  
Et consanguineo Regales fædere dextræ,  
Utrinq; Augustæ veniunt in jura Coronæ.  
Non rudis informi volvit se se Annulus orbe,  
Nec ferro saxoq; asper: tulit antè Prometheus  
Qualem, Caucaseæ rupis memor, indice fatum  
Et poenam, superi damnavit pollice furti.  
Sed gemmis auroq; gravis, viridante smaragdo  
Pingit Regali varias adamante figuræ  
Annulus: hoc animi sertum, Cordisq; corona  
Iungit in æternos socialia pectora nexus,  
Acceditq; manus. magis at præcordia flammis  
Urit, & aurata jungit sibi compede dextras.  
Nubit Sarmatici proles Augusta Gradi vi  
Regalis fortuna Throni, spes inclyta nubit  
Magnorum folio, titulis, armisq; Nepotum.*

*Iam*

Iam sua Bavario Marti Bellona iugatur:  
Quem nuper Geticæ trepidarunt cornua Lunæ,  
Fulmineamq; manum pavidæ sensere phalanges.  
Quo felix steterat multum inclinata Vienna.

Princeps Pannonici quondā pars magna Triūphi  
Austriacæ Fortuna Domūs, columnenq; ruentis  
Hungariæ, Thracum Domitor, Budæq, receptæ  
Fulmen, & Hispani non ultima Gloria sceptri,  
Iungitur æterno Lechiæ cum Principe nexu.

Augusto sociæ iunguntur fædere mentes,  
Regali Regum miscetur Sanguine Sanguis;  
Atq; Tor<sup>9</sup> Thron<sup>9</sup> est: Regū Thalamiq; coronas  
Enumerant, parientq; pares ad Sceptra Nepotes.

Fabula sit pulcherq; iocus, testudine quondam  
Et blando citharæ cantu, liquisse Leones  
Antra, nec imbellis tenuisse cubilia Damas;  
Orpheus sed, buxumq; levem, per plana secutæ  
Custodes laterum, sociæq; Leonibus ibant.

Cernimus impleri veterum mendacia vatūm,  
Veraq; fatidicos olim dixisse Poetas,  
Lechica Bavario sociatur Dama Leoni.

Scilicet hoc Mater decoravit stemmate ceras;  
Et fulgere dedit Lechico diademate Cervas.

Quis Te Bavariae Princeps, non Herculis ausu

A2

Æripe

Æripedem Cervam puro radiantia obryzo  
Cornua iactantem terris, cepisse negabit?  
Non hæc Mœnalios pedibus decurrere montes  
Atq; humili suevit vestigia ponere cliuo:  
Sed SOBIESCIADUM Regali ludere Campo  
Nata, coronato tollit caput ardua Scuto.

Iam spernent fulvi Cybeleia frena Leones  
Turritæq; Deæ nolent servire lupatis:  
Postquam Theutonicis excita animalia campis  
Hoc est BAVARICI cupient parere Leones  
Principis Imperio tantæ, quæ Filia Regum  
Regales mulcere feras, & flectere possit  
Ac placidi plenos terroris pectere villos.

Pabula quin etiam Regali digna palato,  
Patris in Augusto faciet succrescere Campo.  
Pæstanas dabit illa Rosas, cognata pudoris  
Symbola, tum violas imitantes cærula cœli,  
Liliaq; innocuæ non abludentia menti:  
Flores, Materno gemmantes sanguine fundet,  
Flora, quibus pascet socios Augusta Leones.

Commentum fuerit, seu doctæ somnia mentis,  
Mansuetam, quis credat? ovem, peperisse Leonem  
Magnanimum, rigidisq; iubis fulsisse tenellum  
Vellus, & at primos terram trepidasse paventem

Vagi-

*Vagitus, parviq; ungues timuisse Catelli.*

Scilicet hæc venient ævo miracula nostro  
Attonitusq; vices rerum mirabitur orbis:  
Cum partu insolito, non mitior Agna, Leones  
Sed Lechæa dabit felici sidere Cerva  
Hæresi adorandos, formidandosq; Leones  
Hostibus, in Geticas olim nova fulmina Lunas.

*Augustus Lechiæ dedit hæc Jolatia mensis,  
Et talis meruit non vano nomine dici  
Qui iunctam Augusto vidit cum Principe Sponsam?*

Dic, age Virgo cui fluitat Ceres aurea campo,  
Et capita inclinant albentes messibus agri.

*Ubi Tuis adolevit campus aristis?  
An Tua Regales viderunt horrea messes?  
Et chalybem similes hebetarunt vertice culmi?  
Spectasti, quæ nostra diu non viderat æstas:  
Quando coronatam tenuerunt horrea messem,  
Et spicas adamante graues texistis Acerbi.*

Plaudite Lechiadæ! Vobis consentit Olympus  
Latior, & plausus vestros Polus ipse serenat  
Atq; pari cumulat Regnorum gaudia risu.  
Festivam geminant ridentia sidera pompam  
Colluditq; novis accensus ab ignibus æther.

*Ingreditur cæli stellata Palatia Virgo*

B

Et

*Et Victrix vebitur nivea super astra curuli  
Ut turmæ Aligerūm sternunt famulantia colla  
Verticibusq; suis gaudent subijsse volantem  
Reginam superum! cui cingunt sidera frontem,  
Et radijs seseq; gravem dat Phœbus amictum;  
Ipsa triumphales accedit Cynthia plantas  
Stelligeri Regina Throni, Capitolia cœli  
Scandit, & in plausus terras ac sidera cogit.  
Et fulgere facit geminatis ignibus orbem.*

*Sic cœli Regina Polum, sic Filia Regum  
Commissura manum, petit alti tecta Tonantis  
Atq; ita Lux geminos complectitur una triumphos  
Quis populi plausū referat? quis gaudia plebis?  
Quis comitem numeret festivo carmine Pompā.*

*Hic Maiestates ceu Numinæ ab æthere lapsa  
Grandia ponebant Tyrio vestigia in ostro  
Et calcabatur rubeo cum murice fastus.  
Vestis Hydaspæis radiabat candida gemmis,  
Et gravior pressit teneros adamante lacertos  
Gaudebantq; teri tali sub pondere Reges.*

*Inde Patres Patriæ, gratissima Turba Senatus;  
Purpureas induta togas, velut astra coronant  
Titanem, vel apum cingunt examina Regem.*

*Omnes una tamen superabat Nupta paratus  
Pulchra sequebatur redimido vertice Reges      Et*

Et tantum fulsit, quantum si cynthia nocte  
Agmina stellarum, & radiantia vicerit astra.

Illinc egregiis fulgens exercitus armis  
Ingeminat splendore diem solemq; lacescit.  
Blanda fuit, nimiumq; oculis metuenda voluptas,  
Spectare armatas acies, & flore virentes  
Heroum, fertisq; graves fluitare maniplos.

Illius per terga Leovel Pardus oberrat,  
Et pingit vastos maculis viridantibus armos:  
Sub ferro levis ille volat, quod in ære trilici  
Connectit similes ferratis orbibus orbes.

Hic galea fulgens, radiis Hyperiona cinctum  
Vincit, & admissos geminat de casside soles.  
Ille sub ærato Thorace reciprocat auras  
Et spirat tardus, ferro faciente calorem.

Impletur vacuus placidis hinnitibus aër  
Ictaç; saxa sonant; lapides quatit ungula sparsos  
Ac ferro munita faces extundit & ignem.

Tandem laurigeros aurata palatia postes  
Pandunt: Divinos intravit Pompa penates  
Atq; coronatus coluit sacra numina vertex.

Hic nova Nupta, latus sacro stipante senatu,  
Præsulibus comitata, caput queis vitta bicornis  
Urit, & ardentes iaculatur vertice gemmas:  
Constitit ante Aram, sacros venerata Penates

Acclinemq; Deo flexit sub pondere frontem,  
Plurima sacratae defigens oscula terræ.

Inde Augustorum plantis affusa Parentum,  
Quos solium sublime tulit, bona verba precatur  
Et faciles in vota manus, nutumq; reposcit,  
Quæ post quam lacrymis per blanda cadentibus ora  
Pectore, voce, manu, dedit & singultibus ipsis  
Utraq; Maiestas, natam complexa precantem,  
Annuit Augusto se nectere Sacramento.  
Ergo manum stringens socio pro Principe Fratris  
Firmavit verbis æterna in fædera amorem,  
Addidit & votis, faciem pudibunda serenam.

Hic vero plausum Reges, Populi atq; Senatus  
Totaq; Nobilitas, & Regnum amplexa Polonum  
Urbs, iuvenū veterumq; greges, vulgusq; dedere;  
Atq; repercussis sonuerunt sidera votis.

Cunctorum vox una fuit: Par Nobile Viuat:  
Viuat, & æternum ducat per secula Nomen.  
Connubio tali properet Fortuna perennis  
Bavarie Lechiæq; simul momenta notare,  
Atq; dies gemma pergat signare beatos.  
Augusti videant Prolem regnare Parentes,  
Ac ad sceptra suos lætentur crescere Natos  
Mirenturq; sinu paruos vagire Nepotes,  
Reptantesq; manu Regum prensare Coronas. Au-

Audiat, oppressis domuit qui Thracibus orbē,  
Odrysiae fulmen Gentis Victorq; IOANNES  
Rex & Avus: signet multos hoc nomine fastos:  
Et si fata volunt, Pronepotes educet orbi.  
Parvus & Augustis Reginæ ludat in ulnis  
Bavarides, Aviamq; manu complexus eburna,  
Dulcia purpureis delibet basia labris.  
Subscribant nostris clementia sidera votis.

*Audiit ista Polus: tum dextro fulmine terras*  
*Lustravit, placidis arridens ignibus Urbi.*  
Insonuere tubæ, fracta super æthera voce:  
Tympana non solitis fregere fragoribus auræ.  
Ærea sulfureis reboarunt fulmina flammis:  
Infremuit tellus, exarsit ab ignibus æther:  
Plurima flammivomo depingens pulvere vota  
Mûlciber, assidua ludebat in aëre luce,  
Eripiens nocti tenebras, lucemq; reducens.  
Nec solis iucunda oculis fuit illa voluptas:  
Quin epulis, tenuis populus vulgusq; vacavit.  
Namq; avibus farti saturabant millia plebis  
Assatiq; boves: fundebat Massica Bacchus  
Nectareiq; imbres & Cætuba vina fluebant  
Largius; hæc proprio miscebatur sanguine vulgus,  
Dum fervet nimio pretiosa lacuna tumultu.

*Ista fuit Lechiae nuper plaudentis imago;  
Lætior hic vultus Regni: quo sædera vestra  
Firmavit, votisq; suis spectauit amænum  
Consensisse Iovem, risisseq; fulmine dextro.*

*Nec Patrio tantum claudetur plausus in orbe.  
Ibit in occidui pretiosa cubilia solis  
Qua Tagus auratas per littora spargit arenas  
Et niveas ripis gemmas despumat Hydaspes,  
Ibit in Hesperiam lateri comes additus ibit,  
Æternum juratus amor, Gentilq; Throniq;:  
Atq; fatigatos flectet post Numinia Divos  
Votum, quo celeres passum comitamur euntis,  
Bavariæq; Ducis læti Te sistimus Arce.*

*At Tu Sarmatici decus immortale Senatus  
Præful, nativo ducis qui SIDERE natam  
Regibus, & Patrio Fortunam accendis in AGNO,  
I felix, Sponsamq; Duci Matremq; futuram  
Principibus, tanto non impar perfer honoris:  
I, solemq; Tuum, terris accende petitis  
Phosphore, & Hesperiae nov<sup>o</sup> Hospes nomina misce  
Tecum Sarmatica frigus glaciale sub Arcto  
Ver faciet, Maiiq; dies, auramq; tepentem.  
I modo, sed Patriæ non differ tædia terræ.*





# KROLEWSKA PARA LWA BAWARSKIEGO Z POLSKIM ORŁEM w Naiśniejszej Osobie KSIĘZNEY BAWARSKIEY

Wesłym przywitani okrzykiem,

Od Szlachetney Młodži

Collegium Poznańskiego Societatis IE SV.



Loty od bogow Paiz Rzymowi spuszczony  
Wieczna miał być przyczyna szczęścia y obrony:  
Niewiem czy dotrzymali słowá Iowiszowie:  
To pewnie yfza co Polska pożnym wiekom powie:  
Złota TARCZA idaca z niebá Krolewskiego  
Jest to pewny zadatek szczęściá Książęcego.

## II.

Ze się Perlá przy groimach y piorunach rodzi  
Mądrygo Pliniusza ciekawość dochodzi.

JAN Trzeci Gromem Porty, y Piorunem w schodú  
Księżná Bawarska Perla Krolewskiego rodu.  
Gdybyści Kleopátro teraz w świecie była  
Tębys Perlę nie iednym Krolestwem wazyła.

## C2

## III.

### III.

Ježiś Oyczysta TARCZĄ zásłoniona była?  
A iakož cię Bávarska zrzenica zoczyła?  
I TARCZĄ nie pokryiesz nie zásłoniisz Cnoty:  
Zwłaszcza gdzie Pańskie, kiedy Krolewskie przymioty.

### IV.

Daleka nie utaifsz kraina zacności;  
Wyda ná swiata oko, Krolewskie własnosci:  
Za sto mil Księzne, skłonność przyjazna zoczyła;  
Mierciesz jak w niey wyłoką godność upatrzyła?

### V.

Wodzu wzbroi y sławnych tryumfach doznany  
Zkadci Przyjaciel równy mełtewem będzie dany?  
Zeby dźielność złączona bärziy brała gorę  
Bierzesz Polskiego Márja nieodrodną Gorę

### VI.

Mársie Bawarskich szyków Wielki boiów Pánne  
Wszak przedzy szczęściem; tryuml niżli mieczem stanie?  
Już wygrana? nie trzebá szyká y zbroje  
Polską spiesz y fortuną w Panske progi twoie.  
A ták niezwycięzone Wálze Państwo będzie  
Gdy Márs z szczęściem wojskowym ná thronie zasiędzie.

### VII.

Sławny Chrześciańskiego Hetmánie Gradywa  
Z Polem Oyczystey Tarczy Księznać w dom przybywa  
Gdyē nieprzyjaciel pola dać nie śmie; twe boje  
Znaiac: Polski Monárchá dáiec Pole twoie.

Nie:

### VIII.

Niezwyćiżony Wodzu; wschodniey záwžiętości  
Zwyćiżco; bierz Janinę Oyczystey džielności:  
Niezmierné žniwo ná nim Imienia wiecznego  
Bo to Pole (dość mi rzec) iest IANA Trzeciego.

### IX.

Teraz z dyamentowym mążny Márše piorem  
Stań! a całej wieczności niewidanym wzorem  
Rysuy Gnoty; rysuy LWA Bawárskiego boie:  
Ná ábrys Polska TARCZA, dáie pole swoie.

### X.

Łačno poznáć iák drogi Kanák Polska tráci:  
Zá ktory Wodz Bawárski włásnym sercem płáci.

### XI.

Znáczna Polski ozdobo, Kleynoćie Korony,  
Gdy cię nam Hesperyiskie wydzierája strony;  
Tym się čieszym, że tymże y tam Słońcem będąciesz  
Kiedy we LWIE Bawárskim iák w znáku osiedziesz.

### XII.

Widząc w Bawárskim Domu Tarczą uzbroiona  
KSIEZNE: przyznam, że ieden Dom Márfa z Bellona.

### XIII.

Wielom y ieden nie chce Lew podlec; oddája  
Dwa się tobie Lwi: wiedzą komu zprzyjać mája.  
Nigdy nie záćmi zwłáslney Lew natury wzroku:  
Więc záwsze Księzno będąciesz w afekcie y w oku.

D

Księ-

#### XIV.

KSIEZNO! Rzymski Elektor gdy Cię obrął sobie  
Zes z tysiąca wybrana kto nie przyzná tobie?

#### XV.

TARCZA która iák serce w swych pierśiach piastuje  
Polski Orzeł; kształt serca w sobie pokazuje:  
Ta TARCZA: załycziona Księżnę Polska dała  
Bawaram: więc im daje: co pod sercem miała.

#### XVI.

Też poprzyięgle więzy, co ręce złaczyły  
A bariżey dwoje Pańskie serca ziednoczyły  
Złacza Polskę, przyjaźnią nigdy niezerwana,  
Z Bawaryą, ná to ma Pańska rękę dana.

#### XVII.

Bawarska kiedy Mitra ná skroniach osiedzie  
Prościm niech zá naydroższy kamień Polska będącie.



